



R. P. D.

# CRISPO

## Compostellana Parochialium.

*Mercurij 5. Maij 1717.*



IMPVGNARE satagens Benedictus de Castro nominationem, quam de Anno 1714. Abbas, & Monaci Sanctæ Mariæ de Soberado Cistercienses Ordinis Sancti Bernardi. expleuerant in Personam Andreae Sdoanis ad Vicariam, seu Parochialem S. Martini ab immemorabili eorum Monasterio ynitam postulauit in nostro Auditorio coram Reverendissimo D. meo Decano eiusdem Parrochialis aſſectionem, ſuffultus tamen approbatione Ordinarij, quam licteris Apostolicis, verum ſpe sua delusus ſuccubuit per ſibi contrariaſententiam,

A

à qua,

à qua, cum placuerit Signaturæ Justicie signare Commissionem cum clausula atque i qui ad legitimam, ad istius tramites delegata mihi causa in hodierna audiencia proposui conforme dubium = *An sit procedendum ad legitimam executionem, seu potius litteræ Benedicti sint exequenda = & responsum accepi in omnibus confirmatorum præcedentis Iudicati = esse procedendum ad legitimam.*

Et enim dūm per Andream statim secuta nominatione iuxta Constitutionem 47. §. 3. S. Pij V., expedita etiam fuit prouisio Apostolica pro Indemnitatem Datariae, utique ipsius litteræ veluti innixa nominationi veri, & legitimi Patroni in viuens iustificatæ apparent, *Murga de Beneficijs quæst. 2. num. 291. Ventrigl. in prax. rer. notabilium adnot. 20. §. 2. num. 9. Gonzal. ad Regul. 8. Cancelaria gloss. 5. à §. 3. num. 59. Corrad. in prax. Benefic. lib. 3. cap. 9. num. 42., & dixit Rota in Leodien. Parochialis, seu Vicarie 25. Iunij 1716. §. E contra vero coram Illustrissimo Motines, & proindè celerem exposcunt executionem ad Text. in Capitulo si Capitula, ibique Glossa verbo executum de concession. in Præbendam in 6., & dictum fuit in alia Compostellana Beneficij 29. Aprilis 1716. §. Enim coram Rmo D. meo Ansaldo.*

In nihilo attento eo subreptionis vitio, quo eadem litteræ labefacte dicebantur ob reticitas innarrativa censuraſ, quibus erat inno-  
datus ipse Andreas ob recursum habitum ad Iudices Laycos, hoc  
etenim iterum compertum fuit non regere in facto, nec releuare  
in Iure, siquidem omisso, quod huiusmodi recursus habiti fuerunt  
per persona tertia speciali, prout requirebatur, mandato procuræ  
carente, & proindè suffragari non debent ad incurriendam poenam,  
ut tradit Rota decis. 652. num. 3., & 4. part. I., & decis. 509. num.  
part. 7. Rec., & coram Priolo decis. 44. num. 36., profecto, dūm  
constat Andream nullatenus impediuisse cursum litis, & Iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici haud quam declinasse per consi-  
milem recursum habitum ad effectum tantum pro trahendi refu-  
num probatorum, quem Iudex Ecclesiasticus coarctauerat ad so-  
los decem dies, licet de Iure esset indultus in numero dierum  
octuaginta, proindè talis recursus detestabilis nuncupari non po-  
tuit in hypothesi, nec aptus inducere poenam censurarum Rota-  
coram Priolo decis. 254. num. 11., & 23., & firmavit in Granaten.  
Cappellani 27. Novembris 1713. §. In hoc autem coram R.P.D. Fal-  
conero, atque ideo consimilis narrativa tamquam non necessaria  
poterat tuto omitti absque vitio subreptionis.

Minusque defectuosa allegari potuit eadem narratiua, & simili vitio  
subreptionis inquinari ob non expressum lapsum bimestris; Ene-  
nim prouisio Apostolica non quidem in casu erat necessaria pro  
obtinenda institutione, sed dumtaxat ex Constitutione supradicta  
S. Pij V. amata pro Interesse Datariae, in qua nominatis ad VI  
carias perpetuas vacatas in mensibus referuatis nullas p̄fugit  
ter-

terminus ad illas obtinendum, quia satis est quod illa expediatur  
ante captam possessionem, & perceptionem fructuum, vt dixit  
*Rota in alia Compostellana Parochialium 11. Maij 1716. §. Earumdem  
coram R. P. D. meo Cerro.*

Neque etiam subreptio aliqua exoriri potuit ab eo, quod Papæ nar-  
ratum fuerit Parochiale Ecclesiam S. Martini esse perpetuam.  
Vicariam Monasterij Sanctæ Mariæ de Soberado, & omissa ex-  
pressio, quod vacauerat in mense referuato, & fuerit quoque nun-  
cupata Ecclesia Parochialis, vel Beneficium, quoniam sufficit,  
quod Pontifici extiterit narratum agi de Ecclesia vnta, & insuper  
satis est nouam prouisionem concessam fuisse cum clausulis præser-  
uatius vniuersi, & Iuris alteri quæsiti, quoties enim verificaba-  
tur vnio, iustificata dici poterat expressio Vicariæ perpetuæ ratio-  
ne cuius nuncupati potuit etiam Beneficium, vt tradit *Oied. de  
Compatib. benef. part. 1. cap. 15.*, *Paris. de Resignat. lib. 2. quæst. 2.  
num. 12.*, non subsistente in facto omissione narratiæ vacationis  
secutæ in mense referuato, cum id satis aperte appareat in litteris  
nouæ prouisionis, vt patet in *Summarijs utriusque Colligantis  
num. 24.*, & 17.

Demum ad suadendam prætensam obreptionem siue subreptionem  
litterarum non vrgere visa sunt ea, quæ fuerunt Pontifici exposita  
circa vniuem controuersiæ Parochialis factam Monasterio San-  
ctæ Mariæ de Soberado, quippe nec ista obiectio apud Dominos  
meruit animaduerzionem, cum de vniione dictæ Ecclesiæ tot vni-  
uocis documentis, & demonstrationibus adeò patenter doceatur,  
vt de illa amplius dubitari non possit, eaque redditur incontro-  
vertibilis eo ipso, quod manifestè demonstratur Monasterium præ-  
fatum ab antiquissimo tempore consueisse percipere tres ex qua-  
tuor partibus fructuum sepedictæ Ecclesiæ Parochialis, vt patet  
in nomination facta usque de anno 1569. *Summ. Monasterij num. 1.*,  
superaddita obseruantia etiam usque ad annum 1590., in quo Pe-  
trus Raposus eo tunc Vicarius electus in d. Parochia egrè ferens  
quinimò non substinens tres ex quatuor partibus fructuum sue Pa-  
rochiæ percipi debuisse à d. Monasterio in diminutionem, siue præ-  
iudicium propriæ congruæ, iudicaliter illud pulsauit pro sufficien-  
tis congruæ subministracione, eaque lis per concordiam fuit ami-  
cabiliter sopia, & conuentum exitit Monasterium posse retinere  
medietatem omnium fructuum, alteram verò medietatem tribuen-  
dam esse Vicario pro ipsius congrua; Vnde ex hac perceptione  
fructuum, & assignatione congruæ perspicuum oritur documen-  
tum præcitatae vnionis *Torrice. de Vnion. cap. 11. num. 80.*, *Spad.  
conf. 158. sub num. 3. tom. 2.*, *Rota coram Martin. Andrea decis. 11.  
num. 3.*, in *Rec. decis. 445. num. 7. part. 5.*, & *coram Emerix Jun.  
decis. 1098. num. 6.*, & in *Burgi S. Sepulcri Parochialis 5. Junij 1690.  
§. Resultabat coram clar. mem. Cardinali Caprara, in Leodien. Paro-*

chia, seu Vioariae 25. Junij 1716. §. Evidentius coram R. P. D. Molines, & in Fanen. Iurisdictionis 21. Ian. 1704. §. Quod autem coram Eminentissimo Scotto, & in altera Compostellana favore eiusdem Monasterij amanata 26. Februarij 1717. §. Certius coram R. P. D. meo Ghamaches.

Potissimum quia in eadem concordia enunciatum extitit constitutam fuisse praedictam congruam ad terminos Sac. Concilij Tridentini, & Constitutionis S. Pij V., cumque a Concilio, & Piana Constitutione fuerit Sanctum deberi assignationem congrue Vicario nominando in Ecclesijs vnitis, hinc non ad alium titulum, quam unionis referenda est obligatio consimilem congruam praestandi Cardinal. de Luca disc. 20, & 21. num. 5. de Paroch., Rota decis. 2046. num. 1. coram Coccino, & decif. 318. num. 14. coram Emerix Jun., & dec. 81. num. 43: part. 18. Recens. fortius coadiuante expressione per Abbatem Monasterij in duobus praedictis statibus, super presentatione ad quartam Beneficij cum cura; Vnde evidenter fit redditus, & fructus Parochialis assignatos fuisse Monasterio, & pro quarta parte Rectori Ecclesiae, ratione cuius controversum Beneficium sumpsit denominationem quartae partis Lother. de re Benefic. lib. 2. quest. 21. num. 24., Rota dec. 441. num. 4. coram Puteo, & decif. 207. num. 8. coram Coccino.

Nec obstat ratione, quod instatibus anni 1462. favore Roderici Vitalis, & anni 1542. favore Alonsi, isti electi ad Parochiales prouisi extiterint cum omnibus fructibus eidem spectantibus, nam omissa responsione, quod isti sunt status antiquiores, & melius correcti, & interpretati a statibus modernioribus, qui venient attendendi in hypothesi ultra exceptiones datas praedictis Institutionibus tanquam editis absentibus Abbatibus sepedicti Monasterij, & proinde nullius relevantiae, ut perpendit altera decisio Compostellana Parochialium 26. Februarij 1717. coram R. P. D. meo Ghamaches, profecto dictio huiusmodi omnium fructuum qualificata, & moderata remanet ex subsequentibus verbis ibi = eidem Beneficio spectantibus, & pertinentibus = Vnde talis Uniuersitas recte intelligi debet de omnibus fructibus assignatis per Monasterium in congruam, non autem totius, & integralis fructatus, Paris. conf. 91. num. 11. lib. 4., Decian. conf. 3. num. 6. lib. 3. Altograd. conf. 69. num. 66. lib. 1., & tradit Rebus. in leg. nominis vers. aliquando ff. de verb. signific. Barbos. dict. 241. num. 2. Baer. decis. 158. n. 14.

Minusque vim facit praetensa immutatio unionis in Iuspatronatus, ex quo nimicum appellatum fuerit Monasterium nomine Patroni, & in divisione vacationum tributum illi fuerit Ius presentandi, verba etenim = Patroni, & di presentare = intelligi debent juxta subjectam materiam, nempe etiam de illo, qui habet Ius presentandi ratione unionis, quia nominatio, & presentatio fraternizant, ut docuerunt Turricell. de Union. cap. 11. num. 92. Rota decis. 44.

etf. 44. num. 6., & seqq. par. 5., & ducif. 330. num. 24. par. 9. Rec. ,  
& in altera Compostellana 11. Maij 1716. §. 2., & §. Atque hinc coram R. P. D. meo Cerro, & huiusmodi expressiones verificantur etiam in habente Ecclesiam sibi ynitam, qui largo modo vocatur Patronus, & habere dicitur Ius præsentandi Rota decis. 185. num. 21.  
& 22. part. 4. recent. tom. 2., & decis. 947. num. 4. coram Emerix Iun.  
& in dicta Compostellana Parochialium 11. Maij 1716. coram R.P.D.  
meo Cerro.

Prout nec etiā refert, quod talis Ecclesia data fuerit in titulum, quia hoc non repugnat yunioni, dum titulus in Vicarijs perpetuis datur quoad exercitium, non autem, quoad substantiam, & proprietatem, qua ratione potuit etiam dicta Ecclesia yniri alteri Beneficio absque alteratione yunionis præcedenter factæ Monasterio ad tradita per Turricell. de Vnion. d. cap. 11. num. 77., & Rota decis. 37. num. 8. part. 4. tom. 1., & decis. 445. num. 11. part. 5. Recent.  
& in Burgen. Iurisdictionis super actibus Parochialibus 26. Iunij 1715. §. neque subsistit coram me; Quoniam cura habitualis remansit penes Monasterium per Gloss. in cap. unico de Cappell. Monach. in 6., & dixit Rota in Nouarieu. Parochialis, seu Vicariae Sancti Martini 22. Iunij 1705. §. Hispositis coram clara memoria Cardinali Caprara.

Probata ex his ynone controvæ Parochiæ ex inconcussa obseruanta elicta ex pluribus statibus, & demonstrationibus, per quam etiam sine titulo probari yunionem est opinio à Doctoribus, & Tribunalibus communiter recepta, de qua Rota coram Cerro dec. 866. num. 1., & coram Priolo decis. 252. num. 19., & coram Emerix Iun. decis. 1334. num. 2., & in Leadien., Parochialis, seu Vicaria prima Iulij 1707. §. Verum coram R. P. D. Aldrouando, eaque vindicata ab omnibus exceptionibus, & objectis, accedit insuper titulus expressus ex donatione facta per Ferdinandum Regem Hispaniarum. Monasterio de anno 1211., quæ Domini reputarunt sufficiens documentum ad magis, magisque confirmandæ spedictam yunionem jam aliundè constabilitam, quemadmodum in præcis terminis huiusmodi donationum, quæ factæ fuerunt alijs Monasterijs respondit Rota decis. 192. num. 4., & decis. 212. num. 1., & 2., & dec. 254. per tot. par. 7. rec., & coram Cerro decis. 64. num. 4., & coram Merlin. decis. 525. num. 2., & coram Emerix Iun. decis. 947. num. 1. & 2.  
& in Barçbinonen. Decimorum 27. Iunij 1704. coram bo. mc. Muto.

Haud quaquam aduersante exceptione alias data prædictæ donationi ex defectu potestatis, vel voluntatis Donatarij circa Spiritualia promanente, vltra quod enim in hypothesi concurrit etiam confirmatio ordinarij nempè Archiepiscopi Compostellani, vbi per consimiles approbationes censemur etiam comprehendens Ius Spirituale ad Text. in cap. Pastorale de donation. Lamber. de Iurepat. lib. 1. part. 2. quest. 1. artic. 9. num. 25. Viulan. de Iur. patr.

*patr. lib.4. num.7. Tondut. quæst. benef. 54. num.5., plurimum confert animaduersio, quod post centenariam, & immemorabilem vna cum obseruantia tot sacerdorum ritè, & rectè præsumendum sit confirmationem quoque Pontificiam accessisse, quæ Donationem prædictam, & unionem conualidauerit, Zabarell. in Clement. i. numer. 19. in fin. de supplenda negligens. Prælat. Pastor. de Benefic. lib. 1. tit. 4. num. 15. Turricell. de Union. cap. 12. n. 24. Rot. dec. 1437. num. 4. coram Seraphin. , & decif. 310. num. 7. part. 16. & decif. 336, num. 2. par. 18. Recent.*

Et prætermis cæteris exceptionibus circa donationem prædictam, tamquam plenè sublatis in antecedenti decisione huius causæ, Domini eo libentius in hunc sensum inclinarunt, quià ab Anno 1308. usque in hæc tempora neutiquam docetur, quod Parochia controuersa prouisa semel aliquando extiterit à Dataria, vel Ordinario, & tamè præcisius ab unione eaque sublata verisimilitè id contingere non potuisset, maximè quià, neque docetur, quod prouisa unquam fuerit per concursum à Sac. Concilio Tridentino præscriptum in Parochialibus non unitis; Vnde maximè incaluit efficacia inconcussæ, & invincibilis obseruantiae, ne quidem simplicis, sed ferè triplicatæ centenariæ, per quam præsumitur nedum verus, & invariabilis titulus unionis, sed optimè etiam infertur illam processisse ex legitima causa ab habente potestatem, *Rot. decif. 254. num. 10. part. 3. diuersi. , & decif. 218. num. 5. part. 6. , & decif. 514. num. 10. , & decif. 709. num. 1. part. 18. Recent. , & in Colonien. Præcedentia super bono Iure q. Junij 1696. §. Cum tertio, & 22. Martij 1697. §. consuetudinis coram bo. me. Muto.*

Nec ad euertendam huiusmodi adeò stabilitam, & omnibus numeris absolutam obseruantiam, totque documentis insuper fulcitam juuare in oppositum visæ sunt quædam Visitationes Episcoporum, ex quibus validum desumebant fundamentum scribentes pro Benedicto ad excludendā prædictam Unionem, quià cum prædicta Ecclesia, de qua sermo habetur, sit Parochialis, licet per Unionem extinctuam fuerit subiecta Monasterio, semper tamen inconcurrentibus Curam Animarum, & administrationem Sacramentorum remansit subiecta Visitationi Archiepiscopi, quæ tamen uti restricta ad certos tantum modo, & determinatos actus non tollit Unionem *Card. de Luca de Iurisdiction. disc. 4. num. 4. , Rot. in Nullius, seu Claramallen. Visitationis 21. Martij 1707. §. Quod secundum cor. Reverendissimo Episcopo Labacen. , & in Burgen. Jurisdictionis, seu Visitationis 3. Junij 1713. §. constabilito cor. bo. me. me Barbarigha.*

In minimum refragante, quod Vicaria Sancti Martini reperiatur unita alteri Beneficio S. Iacobi, ex quo arguebant destructus, siue innovatus predictus titulus Unionis, quippè quià cum Parochia Sancti Martini sit Vicaria perpetua, rectè illi uniti potuit altera Ecclesia, per quam unionem alterata nullatenus dici poterit præcedens

dens vno facta monasterio Sancte Mariæ de Soberado , cum ista posterior non fuerit vno subiectua , & extinctua , sed æquè principalis , & ad hunc vnicum effectum ordinata , vt unus tantum Rector utriusque Ecclesiæ regimini præcesset , prout in eiusdem Unionis littera exprimitur .

Similiter attendi non promeruit reflexio , quod eadem Vicaria veluti unita alteri Beneficio Iurispatronatus Laicorum diuiso Iure nominandi per Turnum , indè emergeat , quod cum vacatio acciderit in Turno Abbatis personæ Ecclesiasticæ , Beneficium subiectum esse dicatur reseruationi , etenim super hoc expressè cautum habetur ex particulari conuentione , ubi inter Abbatem , & Patronos Laicos circa talem unionem conuentum extitit , quod fieri deberet ibi = *senza pregiudizio della loro presentazione* = Vnde dum non obstante diuisione per Turnum , fuit in actu Unionis preferuata eorum præsentatio , nullum Ius irrogatum remansit præcedenti præsentationi per huiusmodi unionem , & Turni diuisionem , vt in puncto Rota decis. 9. num. 30. , & 31. coram Rmo Domino meo Decano , & in Parmen. Beneficij 28. Ianuarij 1701. §. Quam quidem , & 13. eiusdem anni §. Iterum in fine coram Card. Scotto , & in illius confirmatoria 16. Ianuarij 1702. §. At quando coram Rmo Domino meo Decano .

Nec demum opitulari valuit altera facti circumstantia desumpta ab eo , quod incerta Parochiæ à Vicario fuerunt percepta , ac si , tale quid excluderet unionem sepè enunciatam , factum namque huiusmodi unioni nullatenus repugnat , quinimò ei patenter famulatur , nam ista Incerta ab ipsis Vicariis percipiuntur , nec ipsis in congruam imputantur juxta supradictam Constitutionem Sancti Pij V.

Et ita in reliquis approbando deducta in præcedenti decisione Rmi Domini mei Decani vtraque parte acerrime informante resolutum fuit &c.

ROMÆ , MDCCXVII.  
Typis Reuerendæ Cameræ Apostolicæ.

---

SVPERIORVM FACULTATE.

the first half of the 19th century, the  
population of the city increased from  
about 100,000 to 200,000. The  
city's growth was due to the  
development of its port and  
industries. The port was  
located on the coast of the  
Mediterranean Sea, and  
was used for the export of  
grain, oil, and other products.  
The city's industries included  
textile mills, shipyards, and  
chemical factories. The  
city's population continued  
to grow throughout the 19th  
century, reaching about  
300,000 by the end of the  
century. The city's  
population grew rapidly  
in the early 20th century,  
reaching about 500,000 by  
the end of the century.  
The city's population  
continued to grow in the  
20th century, reaching  
about 1,000,000 by  
the end of the century.  
The city's population  
continued to grow in the  
21st century, reaching  
about 1,500,000 by  
the end of the century.

• **CHART 18.** — *Estimated Number of Persons in the United States in 1860, by States and Territories.*

507692